**O**mnine deus altissime qui tres pueros. (Sidorac. mi  
fac. et abdenago) de flāma ignis ardentis. Sulānā de  
fallo crimine. Ionā de ventre ceti. Danielē de lacu le  
onū liberasti. Dñe qui mulieri in adulterio deprehē  
se a suis persecutoribus cōdenate miām tuā nō negasti  
sed dixisti misericorditer. nō ego te cōdenabo. Non per  
mitte nos famulos tuos multis criminibus deprehen  
sos cōdenari in hoc sēculo. neq; in futuro. neq; per inyi  
diā & accusationē & maledictionē & persecutionē inimi  
corū nostrorū cōfusos puniri. Sed tu clemētissime ab  
illozū inuidia & detractione & odio & maledictione vi  
uos & in cōfusos nos erue. Et cōfringe laqueos diabo

lis oīm inimicorū nostrorū. uisibiliū & inuisibiliū qui  
 bus nos uolūt decipere. & cōfundere. ut nō corruam⁹  
 incōspectu aduersariorū nostrorū. ne gaudeat de no  
 bis inimici nr̄i. Dñe qui dissipas cōsilia gētū. & re  
 probas cogitationes populorū. & reprobas cōsilia p̄  
 cipū. & dissipasti cōsiliū architophelis. frange & cōfū  
 de. dele & dissipaper misericordiā tuā oēm inuidiā &  
 oēs insidias & mala cōsilia & accusationes & maledi  
 ctiones oīm inimicorū nostrorū. quia nescimus ubi  
 fugiamus nisi ate deus nr̄. Qui uiuis.

**O** *Oratio sc̄i bernardi ad iesum.*

Bone iesu. duo in me cognosco. Naturā quā tu fe  
 cisti. & peccatū quod ego adieci. Fator dñe quia percul  
 pā deformauit naturā. Memēto q̄ sum spūs uadens  
 & nō rediēs. Det me iūi in peccatū. per me redire non  
 possum. Tu bone iesu tolle a me quod ego adieci. ut  
 per maneat quod tu fecisti. ne pereat quod precioso  
 sanguine tuo in cruce redemisti. Qui uiuis et.

**Q** *Uersus sancti bernardi.*

**I**llumina oculos meos ne unquā obdormiā in  
 morte: nequādo dicat inimicus meus preualui  
 ad uersus eum.

**I**n manus tuas cōmēdo spiritū meū: redemisti me  
 dñe deus ueritatis.

**L**ocutus sum in lingua mea: notū mihi faciōtē s̄mē meū.

Et numerū dierū meorū quis est: ut sciā quid desit mihi.  
**F**ac me cū signū in bonū: ut videat qui oderit me &  
cōfundatur quoniā tu dñe adiuuisti me & cōsolatus  
es me.

**D**irupisti dñe vincula mea: tibi sacrificabo hostiam  
laudis. et nomē dñi inuocabo.

**P**erijt fuga a me: et nō est qui requirat aīam meā.

**C**lamavi ad te dñe: dixi tu es spes mea: portio me-  
a in terra viuētium.

**O**ratio dicēda post predictos versus.

**O**mnipotens sempiternus deus. qui esechie re-  
gi iude te cū lachrynis humiliter deprecā-  
vite spatū protendisti. cōcede mihi indigno huius-  
lo tuo ante diē mortis mee tantū vite spatū quo ad  
mēsūrā. ut oīa pēcata mea valeā deplorare. & veniā  
ac gratiā secūdū miām tuā consequi merear. **Idem xp̄.**

**I**tem alia oratio

**D**omine iesu xp̄e per illā amaritudinē mortis  
quā sustinuisti p̄ me in cruce. maxime cū aīa  
tua egressa fuit de corpore tuo. miserere anime mee  
in egressu suo. Amē. **¶ Sequitur oratio sc̄i grego-  
ry papae de quibz vulneribus xp̄i iesu quā quibz  
qz cū deuotiōe dixerit habebit quinqz annos  
indulgētiam. Et est sciendū qd in fine unius  
cuiusqz clausule debet dici. Pater n̄r. Auemaria.**

**A**le manus dextra xp̄i. perforata plaga trilli. Nos  
ad dextrā iube sibi quos per dextrā redemisti.  
**P**ater n̄r. hanc maria.

**Q**ue palma iesu leua. sic cōfixa manu leua. Nos ab e-  
ue malo leua. quos produxit mater eua. **P**̄ n̄r **A**ue m̄

**Q**ue vulnus dextri pedis. pedē mētis pieledis dū ad  
eā ſemper redis. ello nobis ſpes mercedis. **P**̄ n̄r **A**ue m̄

**Q**ue plaga leue plante. qua virtutū creſcūt plante.  
Nos ab hoſte ſuplantāte contuere poſt & ante.

**P**ater noſter **A**ue maria

**Q**ue latus lanceatū. unde fluxit flumē grati. Dre-  
be nobis conducatū. ad eterne vite ſtatū. **P**̄ n̄r **A**ue m̄

**Q**ue vulneratus eſt ppter iniquitates noſtras. **R**̄ctū  
tuſ eſt propter ſclera noſtra. **C** **O**remus.

**Q**uoniam quęſumus oīpotens deus. ut ſc̄iſſima vul-  
nera dulciſſimi filij tui dñi noſtri iesu xp̄i cordi-  
bus n̄r̄s imprimātur. eiſq; vehemēter adhereant. mē-  
telq; noſtras illuminēt. & intuo ſc̄to ſeruitio faciūt amo-  
re ſeruētes. **D**er eūdem dñm

**O**rationes dicende ante imaginē pietatis  
que aparuit ſc̄to gregorio et debēt dici cū  
quinq; **P**̄ n̄r et tondē. **A**ue maria. pro quibus  
habētur maxime idulgētie. ab eodē ſc̄to ḡg et  
alijsq; plurimīs ſūmis p̄tificib; cōceſſe.

**O** dñe iesu xp̄e. adoro te in cruce p̄dentē. & coronā spi-  
neā in capite portantē. **D**eprecor te ut crux tua ha-  
beret me ab angelo percutiētē. **P**̄ n̄r **A**ue maria.

**O** dñe iesu xp̄e. adoro te in cruce vulneratū felle & aceto  
potatū. **D**eprecor te ut vulnera tua ſint remediū ani-  
me mee **P**ater noſter **A**ue maria.

**O** domine iesu xp̄e adoro te in sepulchro positū mir-  
rha & aromatibus conditū. Deprecor te ut mors tua  
sit vita mea. **P**ater noster. **A**ue maria.

**O** domine iesu xp̄e adoro te descendētem ad inferos &  
tuos inde liberātem. Deprecor te ut illuc nūq̄ me patia-  
ris introire. **P**ater noster. **A**ue maria.

**O** domine iesu xp̄e adoro te resurgētem a mortuis &  
ascendētem in celum. sedētēq̄ ad dexterā patris. De-  
precor te ut illuc te sequi et tibi presentari merear.

**P**̄ t̄ n̄. **A**ue maria.

**O** dñe iesu xp̄e pastor bone in istos conserva. peccato-  
res iustitica oībus peccatoribus miserere. et propitius  
esto misero et indigno peccatori. Amen.

**O** dñe iesu xp̄e rogo te per illam amaritudinē passio-  
nis tue quā in hora mortis sustinisti. maxime tunc  
quādo anima tua sanctissima de benedicto tuo corpore  
est egressa. miserere anime mee in egressu suo de corpore  
meo. Amen.

**O**ratio.  
**O** bleatio te dñe iesu xp̄e. ut passio tua sit virtus me  
a quam muniar et protegar et defendar. Et vulnera tua  
sint mihi cibus et potus. quibus inebrier et delecter.  
Et per hō sanguinis tui sit oīm p̄cōrū meorū ablutio.  
Et mors tua sit mihi refectio. exultatio. sanctificatio  
oīm. gaudiū. desiderii. corporis. & anime. nūc et in  
perpetuū. Amen.

# SEQVNTVR HORE S<sup>CTE</sup> Crucis. *Id matutinas.*

**P**atris sapientia veritas diuina. Deus homo captus est hora matutina. A suis discipulis cito relictus. Et iudeis venditus traditus afflitus. *Antiphona.* *Sto* adoramus te christe et benedicimus tibi quia per sc<sup>tu</sup>m crucē tuā redemisti mūdū. *Ps.* Qui passus es pro nobis. *R.* Dñe miserere nobis. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. *Oratio.*

**D**omine iesu xpē fili dei viui pone passio *mus.* Dñe crucē & mortē tuā inter iudiciū tuū et animas nostras nūc & in hora mortis nostre. & largire digneris viuis mīam & grām. defunctis veniā & requiem ecclesie tue pacē & concordia & nobis peccatoribus vitā & lencia sēpīternā. Qui viuis & regnas deus. *Oratio.* *Id matutinas.*

## *Id prima.*

**H**ora prima iesū ducūt ad pilatū. Falsis testimonijis multū accusatū. In collo percutiūt manibus ligatū. Uultū dei conspuūt lumē celi gratū. *Antiphona.* *Sto* adoramus. *Collecta.* Domine iesu christe &c.

## *Id tertiam.*

**C**rucifige clamatū hora tertiariū. Illusus in ducitur veste purpuratū. Caput ei pungitur corona spinariū. Crucē portat hūmeris ad locū peccatū.

ant. Adoramus te. Collecta. Domine iesu xpe. ac.

Ad sextam.

**H**ora sexta iesus est cruci conclauatus. Atque cum latronibus pendens deputatus. Dre tormentis sitiens felle saturatus. Agnus crimen diluit sic ludificatus. ant. Adoramus te. Vlla. Domine iesu chrisste. ac.

Ad nonam.

**H**ora nona dominus iesus expirauit. Meli damas animam patri commendaui. Latus eius lancea miles perforauit. Terra tunc contremuit et sol obscurauit. ant. Adoramus te xpe. ac. Vlla. Domine iesu chrisste. ac.

Ad vespertas.

**D**e cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talem mortem subiit vite medicina. Iheu corona glorie iacuit supina. ant. Adoramus te xpe. ac. Vlla. Domine iesu chrisste. ac.

Ad completorium.

**H**ora completorii datur sepulture. Corpus christi nobile spes vite future. Conditur aromate completur scripture. Iugi sit memoria mors hec mihi cura.

**H**is horas canonicas cum devotione. Tibi chrisste recolo pia ratione. Et qui pro me passus es amoris ardore. Sis mihi solatium mortis in agone. ant. Adoramus te xpe. ac. Vlla. Domine iesu chrisste filie.

HORE DE SANCTO SP

## IRIT V. (ADMAT VTI) In 13

**N**obis sc̄i spiritus gratia sit data. De qua uirginū fuit obūbrata. Cū per sanctū āgelū fuit salutata. Verbū caro factū est uirgo fecū data. **ānt** Elei sc̄e spūs reple tuorū corda fidelū. & tui amoris in eis ignē accende. **¶** Emitte spiritū tuū. et creabūtur. Et renouabis faciem terre.

**O**mnipotēs sempiternē deus da **Orémis.** nobis illam sc̄i spūs gratiā quā discipulis tuis. in die penthecostes transmisisti. **Deo dñm.**

**D**e uirgine marie christus fuit natus. Crucifixus mortuus atq; tumulatus. Resurgens discipulis fuit demonstratus. Et ipsis cer nētibus celis eleuatus. **ānt** Elei sc̄e spūs reple. **¶** Emitte spiritū. **Collecta.** Omnipotēs sempiternē.

**Ad tertiam.**

**S**olum sc̄um spiritū deus delegauit. In die penthecostes ipsos cōfortauit. Et q; linguis igneis ipsos inflamauit. Relinquere orphanos ipsos denegauit. **ānt** Elei sc̄i spūs. **¶** Emitte spūm. **¶** **Collecta.** Omnipotēs sempiternē deus.

**Ad sextam.**

**S**eptiformē gratiā tūc acceptauerūt. Quare idiomata cuncta cognouerūt. Ad diuersa mūdi clāmata recesserūt. Et fidem catholīcā cūctis predica-

uerūt. **an̄** Clemenſcē ſpūs. & Emitte ſp̄m. **rc. Ellā**

**O**mnipotens. **Ad nonā.**

**S**piritus paraclētus fuit appellatus. Donū  
dei caritas fons viuificatus. Spiritalis un-  
ctio ignis inflamatus. Septiformis grana carissima  
beatus. **an̄** Clemenſcē ſpūs. **rc. & Emitte ſp̄m tuū.**

**Ellā** **O**mnipotens. **Ad uesperas.**

**D**extere dei digitus uirtus ſpiritualis. Nos  
deſendat eruat ab oībus malis. Et nobis  
nō noceat demon infernalis. Sed protegat nutri-  
at foueat ſub alis. **an̄** Clemenſcē ſpūs reple. **rc. &**  
**E**mitte ſp̄m. **rc. Ellā** **O**mnipotens ſempiternus.

**S**piritus paraclētus nos uelit uiuare. **Ad cōpletōnē**

**S**piritus paraclētus nos uelit uiuare. Ore  
ſſus noſtros regere et illuminare. Ut cū chriſtus  
uenerit oēs iudicare. Illos ad ſiā dexterā uelita-  
pellare.

**H**is horas canonicas cū deuotione. Tibi ſcē  
ſpūs pia ratione. Dixi ut nos uilites inſpira-  
tione. Ut uiuamus iugiter celi regione. **an̄** Clemenſcē  
ſpūs & Emitte ſp̄m. **Ellā** **O**mnipotens ſen-

**SINBOLVM. ATHA-**  
naſi.

**Q**uicūq; vult saluus esse: ante omnia opus est  
 ut teneat catholicā fidem. **Q**uā nisi quisq;  
 integrā inuolatāq; seruauerit: absque dubio in-  
 ternū peribit. **F**ides autē catholicā hec est: ut  
 vnū deū in trinitate et trinitatē in vnitate venerē-  
 mur. **N**eque cōfundētes personās: neq; substantiā  
 separātes. **A**lia enim est persona patris: alia filij.  
 alia spūssancti. **S**ed patris et filij et spūssancti vna  
 est diuinitas: equalis gl'ia coeterna maiestas.  
**Q**ualis pater talis filius: talis spūssancti. **I**n cre-  
 atus pater increatus filius: increatus spūssanctus  
**I**mmēsus pater immēsus filius: immēsus spūssan-  
 ctus. **E**ternus pater eternus filius: etern' spūssan-  
 ctus. **E**t tamen nō tres eterni: sed vnus eter-  
 nus. **S**icut nō tres increati nec tres immēsi: sed  
 vnus increatus et vnus immēsus. **S**imiliter om-  
 nipotēs pater. omnipotēs filius: oīpotēs spūssanctus.  
**E**t tamen non tres oīpotentes: sed vnus  
 omnipotēs. **I**ta deus pater deus filius. deus spū-  
 ssanctus. **E**t tamen non tres dij: sed vnus est  
 deus. **I**ta dominus pater. dñs filius: dñs spūssan-  
 ctus. **E**t tamen nō tres dñi: sed vnus est dñs.  
**Q**uia sicut sigillatim vnāquēq; personā deū ac  
 dñm cōfiteri christiana veritate cōpellimur: ita  
 tres deos aut dominos dicere catholicā religione  
 prohibemur. **P**ater a nullo est factus. nec creatus.  
 nec genitus. **F**ilius a patre solo est: non factus nec

creatus sed genitus. **S**piritus sanctus a patre & filio:  
non factus. nec creatus. nec genitus. sed procedens  
nunc ergo pater non tres patres: vnus filius nō tres  
filij. vnus spūs sanctus nō tres spūs sancti. **A**t in hac  
trinitate nihil prius aut posterius nihil maius aut  
minus: sed totę tres persone coetęrne sibi sūt & co-  
equales. **I**ta vt per omnia sicut iam supra dictū est  
& vnitatis in trinitate: et trinitatis in vnitate venerā  
da sit. **Q**ui vult ergo saluus esse: ita de trinitate  
sentiat. **S**ed necessariū est ad eternā salutē: ut in  
carnationē quoq; dñi nostri iesu xpī fideliter cre-  
dat. **E**st ergo fides recta vt credamus & confitea-  
mur: quia dñs noster iesus christus dei filius deus  
& homo est. **D**eus est ex substantia patris ante  
secula genitus: & homo est ex substantia matris in  
seculo natus. **P**erfectus deus perfectus homo: ex  
anima rationali & humana carne subsistēs. **E**qua-  
lis patri secūdu diuinitatē: minor patre secūdu  
humanitatem. **Q**uilibet deus sit et homo: nō duo  
tamen sed vnus est xps. **V**nus autē non cōversioē  
diuinitatis in carnē: sed assumptione humanitatis  
in deum. **V**nus omnino nō cōfusione substantię: sed  
vnitate persone. **N**am sicut anima rationalis et  
caro vnus est homo: ita deus et homo vnus est  
christus. **Q**ui passus est pro salute nostra: descendit  
ad inferos tertia die resurrexit a mortuis. **A**scēdit  
ad celos sedet ad dexterā dei patris omnipotentis: in-

de venturus iudicare viuos & mortuos. **A**d cuius  
aduentū omnes homines resurget & habēt cū corpo-  
ribus suis: et redditiuri sūt de factis proprijs rationē.

**E**t qui bona egerūt ibūt in vitam eternā: qui se-  
ro mala in ignē eternū. **H**ec est fides catholica  
quā nisi quisqz fideliter firmiterqz crediderit: sal-  
uus esse non poterit. **B**enedicat nos deus deus  
noster benedicat nos deus. **R** Et metuāt eum om-  
nes fines terre.

**O**mnipotens sempiternus deus qui deo isti fa-  
mulis tuis in cōfessione vere fidei eterne tri-  
nitatis gliam agnoscere et in potētia maiestatis a-  
dorare vnitate: quesumus vt eiusdem fidei firmita-  
te ab omnibus semper muniamur aduersus. **D**ex dñz

**Oratio ad patrē**

**P**ater decelis deus. **M**iserece nobis.  
**O**mne deus pater omnipotēs qui consustātia-  
lem & coeternū tibi filiū ante omnia secula ineffa-  
biliter genuisti: cū quo & spū scō ex te eodemqz filio  
pcedenti celū ac terrā & quecūqz in eis existūt (visi-  
bilia & invisibilia) creasti & me peccatorē inter oīa.  
De laudo. te adoro. te glorifico. **N**e despicias me opus  
manuū tuarū. scō salua me ppter nomē scō tuū Qui  
viuis.

**Ad filium.**

**F**ili redēptor mūdi deus. **M**iserece nobis.  
**O**mne iesu chrisite filij dei vni qui es verus  
omnipotēs deus splendor et imago patris et vita

eterna: cui est vna cum patre. & spiritu sancto e-  
qualis honor. eadem gloria. coeterna maiestas.  
Te laudo. te adoro. te glorifico. Ne despicias me o-  
pus manuum tuarum: sed salua me & adiuua me gra-  
tuito munere tuo. quem redimere dignatus es tuo  
sanguine precioso. Qui cum patre & spiritu sancto.

*Ad spiritum sanctum.*

**D**omine sancte spiritus eterne deus. qui consub-  
stantialis et coeternus patri filioque existens ab eis  
ineffabiliter procedis: quique super eum de omnibus  
nostrum iesum christum in columbe specie. & super san-  
ctos apostolos suos in igneis linguis descendisti.  
Te laudo. te adoro. te glorifico. Depelle a me (que-  
ro) tenebras totius erroris & ignorantie: & accede  
in me lumen mentis & ignem sanctissimi & suavissimi a-  
moris tui. Qui cum patre & filio unus.

*Ad sanctam trinitatem.*

**D**omine omnipotens eterne deus ineffabilis.  
sine fine & absque principio: quem unum in trinitate con-  
fitemur. Te laudo. te adoro. te glorifico. tueque mise-  
ricordie & clementie gratias refero. qui me exilite-  
re in nocte totius erroris & ignorantie voluisti fie-  
ri participem gratie & misericordie tue. Per hunc in-  
me (quero) ceptum opus mentis: & gratuita me vniuersa  
pietate custodi. et fac me peccatorem semper cogitare

que tibi placita sūt: & post huius vite terminū ad  
tuā visionē facias per venire. Qui in trinitate per  
fecta viuis & regnas deus per oīa scēla scēloꝝ Amen

**Q** Breuis & fructifera peccatoris cōfessio pꝛo  
contritione impetranda.

**D**eus inestimabilis et eterne misericordie. de  
us pietatis in mēse. deus conditor et repa  
rator humani generis qui confitētiū tibi corda  
purificas. qui acūsantes se ante conspēctū diuine  
clemētie tue. ab omni vinculo iniquitatis absoluis.  
Uirtutē tuā et bonitatis tue. abissimū totis exoro ge  
mitibus. ut secūdu multitudine miserationū tua  
rū de oībus peccatis meis (quibus me aculat mea  
rea cōsciētia. purā mihi corā te concedas. agere cō  
fessionē. Ulet qꝫ ex his oībus tribuas penitentia  
quecūqꝫ peccauī in cogitationibus pessimis. in  
operationibus prauis. in consensu malo. in con  
cōsilio iniquo. in cōcupiscentia et delectatione im  
mūda. in uerbis malis & odiosis. in factis malitiosis.  
in visu. auditu. gustu. olfātu. et tactu. Ego quippe  
in omnibus etiam mēbris meis me reum inteligo l  
supra mensurā. quia sicut astra celi. atqꝫ arena ma  
ris. ita innumerabilia mea cognosco delicta. Sed  
tibi dñe omnium occultorū cognitori. qui dixisti pe  
nitentiā te malte peccatorū. omnia cordis mei reue  
lo arcana. acūsans nequitias et peccata mea multi

nimis et magna valde. que gelli corā tremēde ma-  
lestatis tue oculis in omni vita mea misera. pre-  
cipue hec. **M** & hec. **M**. **Hic denomina peccata**  
**graviora** cum vniuersis malis meis. sicut in cōspec-  
tu tuo o dñe misericordie nota sūt et operta. Et nūc  
deus pyssime respice in me et miserere mei. fontēqz  
lachrimarū mihi et remissionē oīum peccatorū gra-  
tuita tua miseratione tribue. intima id cordis con-  
fessione ac affectione poscenti. Renoua & innoua in  
me pyssime pater quicqđ dicto. facto. cogitatu. pro-  
pria malitia. diabolica ve seude vitiatū est. Et vni-  
tati ecclesie sociando me mēbrū tue redemptionis an-  
nēte. et non habentē fiduciā nisi in tua misericordia.  
ad sacrificiū beate recōciliationis admitte. Amē.

## ORATIO ANTE SANCTĀ

**O** comunione discenda.

Dulcissime atqz amātissime dñe iesu xpē. quē  
nūc devote desidero suscipere. Dulcis infirmitatē  
meā. et necessitatē quā patior. in quātis malis et vi-  
tys laceo. qđ sepe sum grauiatis. tētatis. turbatus.  
et inquinatus. Pro remedio ad te venio. p cōsolati-  
one & subleuam me te deprecor. Sto oīa sciētē lo-  
quor. cum manifesta sūt oīa interiora mea. qđ solus  
potes me perfecte cōsolari & adiuuare. Dulcis qui-  
bus bonis indigeo pīe oībus: & quā pauper sum in  
virtutibus. Ecce sto ante te grām postulans & mīam.

(Implozās

Refice elurietem medicum tuum. Accede frigiditatem meam  
 igne amoris tui. illumina cecitatem meam claritate pre-  
 sentie tue. Uerte mihi omnia terrena in amaritudinem.  
 omnia graua & contraria impatientiam. Et tige cor meum  
 ad te in celum. & ne dimittas me vagari super terram.  
 Tu solus mihi ex hoc dulcescas usque in seculum: quia tu so-  
 lus cibus & potus meus. amor meus. gaudium me-  
 um. & dulcedo mea. Utinam me totaliter ex tua prese-  
 ntia accendas et comburas & in te transmutes. ut vnus  
 tecum efficiat spiritus per gratiam interne unionis. et li-  
 quefactionis ardentis amoris. Ne patiaris me ieu-  
 num & aridum ate recedere: sed operare mecum miseri-  
 corditer. sicut sepius operatus es cum sanctis tuis mi-  
 serabiliter. Quid mirum si totus ex te ignescerem & in  
 ipso deficerem. cum tu sis ignis semper ardens & nunquam  
 deficiens. amor corda purificans & intellectum illumi-  
 nans Amen.

**Oratio ante sanctam comunione.**

**Q**uoniam fons totius misericordie quoniam nunquam manare cessas:  
 veni hodie & tribue anime mee egrotate carnem  
 tuam de vote sumere. & preciosum sanguinem tuum bi-  
 bere. Non quia iustus sum sed peccator: quia non est opus  
 sanis medicus. sed male habentibus. Vera charitas.  
 in qua est eterna felicitas. Aspice vincta anime mee.  
 aufer anime iniquitates meas: ut pura mente mere-  
 ar intrare ad sancta sanctorum. Deexpectat cor meum in ple-  
 desiderium quod in me misisti ut ipse voluisti. Tuus sum ego

xp̄e. noli me derelinquere alieno. Dextera tua semper  
me p̄ueniat. & ab omni malo defendat. Dñe veni.  
cui ego miserim⁹ peccavi. obliuiscere p̄c̄ta mea p̄q̄  
bus effudisti sanguinē tuū. Eleni dulcissime deus.  
Da mihi cibū salutis eterne. Veni hostia immacula  
ta. libera me a morte eterna. Eleni infirmorū medi  
cus. veni ieiunatiū cibis. Eleni dñe. visita domū  
istā nōi tuo dedicati. Et ecce venio ad te quē toto  
corde desidero. ad quē tota mētis intētionē aspicio.  
quē totis visceribus amplector. cuius corpus & s̄  
guinē accipere cupio. vt semper inmemaneas. &  
in euū nō me dimittas o dulcissime pater. Amē

*Oratio ante sanctā comunione.*

**D**omine iesu xp̄e pater misericordissime. rogo  
corde toto ut om̄ia p̄c̄ta mea dimittas. & in  
vita presenti penā peis infugas. ne aliquā penā ad  
purgatoriū reserues. O deus in mēse pietatis cui⁹  
fortitudo est infinita. q̄ sine te p̄c̄tis resistere nō va  
leo. cōforta me intātū q̄ p̄c̄m mortale angustia  
nūq̄z cōmittā. oēm q̄z diaboli tētationē a modo vi  
cam: Uita cogitationes. Verba & opera oīno ad te  
dirigā: ac me infine vite mee custodias. ne diabo  
lus mihi terrore inferat et sic in desperationē indu  
cat. O fons emanās charitate. fac mētem meā libe  
rā ab omni creatura que pollet eā sibi attrahere &  
atua dilectione impedire. vt in tuo amore proficiam.  
nūc vero et infine vite mee digne te sūmā. Et sic

animā meā saculo corporis exutā perduc ad patris  
eterni palatū. ad videndū clarē scē trinitatis spe-  
culum. Amen.

**Oratio ante sanctā communionē dicēda quā  
do statim vis communicare.**

**D**omine deus meus nō sum dignus ut intres sub  
tectū meū. sed cōsilius de tua pietate & clemētia.  
accedo ad sacramētū corporis & sanguinis vnigeni-  
tī filij tui dñi nostri iesu xpī. Accedo (inquā) sicut iu-  
mus ad medicū vite. In mūdus ad fontē miē. Secus  
ad lunē claritatis eterne. Regenus ad dñm celī & ter-  
re. Audus ad regem glorie. Quis ad pastorē. Fignē  
tū ad suū creatorē. Desolatus ad piū cōsolatorē. Re-  
us ad dei & hōim mediatorē. Miser a misericordē.  
Criminosus ad indulgētīā largitorē. Abortiuus ad  
viuificatorē. Impius ad iustificatorē. Indurat' ad gra-  
tiā infusorē. Rogans in mēse maiestatis tue. abū-  
dātiā. quaten' mea digneris sanare infirmitatē.  
Luuare feditatē. illuminare cecitatē. Ditare pau-  
pertatē. Uel hite nuditatē. Reducere erroneū. Con-  
solari desolatū. Recōciliare reū. Dare misericordiā  
misero. Indulgētīā criminoso. Uiti mortuo. Iusti-  
ficationē impio. Eluccionē gratie indurato. ut te pa-  
nē angeloz regē regū dñm dnāntiū tractare & su-  
scipere merear. Et a corporis castitate & animi pu-  
ritate ea cordis cōtritione & lacrimarū fonte ea  
letitia spiritali & celeste gaudio. eo timore & tre-

more. ea reuerētia & honore. ea fide & humilitate. eo  
preposito & amore. ea deuotione & gratiarū actio-  
ne: quibus oportet & decet & aīe mee expedit. Ita  
ut placide & benigne sacrificiū suscipias de mani-  
bus meis. ad salutē meā & omnium fidelium tam uiuo-  
rum q̄ mortuorum. Amē.

**¶ De sancta communione oratio.**

**N**e irascaris (queso dñe) ne irascaris q̄ ego in-  
mūdo in mūdo corde. ac pollutus pollutamē-  
te. ad sacro sc̄tum corpus preciosūq̄ sanguinē tuū. ac-  
cedere presumo. Recordare (obsecro) quia mulierē  
sanguinis fluxū patientē a tactu hūbne vestimē-  
ti tui nō prohibuisti. Illā quoq̄ peccatricē sientē ac  
penitētem a sanctorū pedū tuorū osculo nō precisti.  
Ita & me miserū pro innumeris sceleribus meis a  
cōmunionē tantī miltēry nō repellas velut indig-  
nū. sed cōcede mihi cordis cōpūtionē & fontē lachry-  
marū ad abluēda peccata mea. ac scelera & delicta.  
vt mūdo corde & pura cōsciētia ad remediū aīe mee  
et ad remissionē oīm peccatorū meorū promerēda.  
& ad uitā eternā cū sc̄tis tuis feliciter possidēda. me-  
re. ar accipere corpus & sanguinē tuū. & spū sc̄to tuo  
repleri. & diuinis affectibus senper imbutari. O  
amātissime & mitissime deus. da mihi queso corpo-  
ris & sanguinis tui nō solū suscipere sacramētū sed  
etiā virtutē sacramēti. ita vt hec sacramēta celestia  
efficiantur mihi salus & vita. Da mihi ita te

latiari et inebriari. vt nihil preter te sita in eternu.  
 Presbi mihi sic suscipere corpus tuu quod de virgi-  
 ne traxisti. vt corpori tuo mistico mereat in corpo-  
 rari. & inter ei<sup>9</sup> mēbra cōnumerari. Concede mihi  
 temetipsū quē nūc quidē velatū suscipere ppono.  
 reuelata tantē facie cōtemplari. Saluator mūdi  
 qui cū p̄re & sc̄to sp̄u viuis & regnas deus per oīa  
 sc̄la sc̄loꝝ Amen

**Oratio ad sanctā comuni-  
 onem prep̄. itua. a sancto bona ventura cō-  
 posita.**

**A**d mētam dulcissimi cōuiuui tui dñe iesuxp̄e  
 rex angelozū oīm q̄z cuiuū supernozū accessurus ve-  
 reor et cōtremisco. cor habens resp̄sus multis macu-  
 lis. corpusq̄ incaute custoditū linguā & oculos ac  
 ceteros sensus nō pure obseruatos. Et quidē cum  
 ego pctōꝝ meoz & cōsciētie librū reuoluo. vel tē ino-  
 cēte grauiter cōcullā inuenio cicatricesq̄ meas  
 quas ex cōsensu fragilitatis insipiētie mee aduersa-  
 rius in me fixit. magis corruptas q̄ sanatas aspi-  
 cio. Inde miser iter tot miserias & angustias deprehē-  
 sis quid eligā ignoro. Scio ēm & recordor s̄batue  
 reuerēde veritatis quibus exhortatus es dicēs. Hi-  
 si māducaueritis carnē filij hominis et biberitis  
 ei<sup>9</sup> sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Sed ppter  
 multiplices excessus meos deterrēt me verba dilec-  
 ti tui apostoli quib<sup>9</sup> cōminatus est dicēs. Quicūq̄  
 māducauerit carnē vel biberit sanguinē dñi indig-

ne. iudiciū sibi māducāt & bibit. Nunc igitur opia  
& benedicta deitas. O te mēda sublimitas. O in ex-  
cogitabilis et imperscrutabilis veritas. quo ibo a-  
spiritu tuo. & quo a facie tua fugiā? Siquidē cordis &  
cōscientiarū secretissima nude & aperte intueris. Et  
te tunc fontē misericordie & totius gracie recurro.  
Et te piū san. ar. mū infirmitatis humane singula-  
rē medicinā san. adous cōfugio. Et te festino. & quē  
iudicē nō suffero saluatore habere suspuro. Respice igitur  
o dñe iesu chris. homo ppter hominē crucifi-  
xe. Respice sacratissimā virginē carnē tuā de pul. scō  
in virginis utero cōceptā. Respice eā clavis cōfi-  
xā. Linceā perforatā. verberibus durissime & milē-  
rabiliter flagellatā. Respice splendētē faciē tuā oppo-  
brys sanctatā. illulam atqz cōspuatā. Recordare qz  
sudoris tui quasi sanguinis gutte decurrētis in ter-  
rā. Sed & plura alia propter me sustinuisse memē-  
to. illaqz te cogat pietas que te traxit et vicit vt in-  
statera victoriosissime crucis totius mūdi peccata  
librantes. illaqz te moneat clemētia. vt mihi mise-  
ris et calamitatibus pleno digneris misericordi-  
ter miseri q̄ tue misericordie & miserationis gra-  
tiā nūqz cellas humano generi diuillare. Elufer cle-  
mētissime iesu omnes iniquitates et delictorū me-  
orū offensas. ut purgato corpore & spū. sancta scōz-  
mereat degustare. Sitqz cōcedemibi cordis cōpu-  
tionē et fontē lacrimarū ad abluendā peccata mea

et scelera ac delicta. ut mudo corde et pura cōfictū  
 ad remediū anime mee: et ad remissionē peccatorū meoꝝ  
 promerēdā et ad vitā eternā. cū factis tuis felicitate  
 possidēdā. merear accipere corpus et sanguinē tu-  
 ū & spū sctō tuo replei. & omnibus affectibus semper in-  
 flatur. *D*amātissime & miātissime deus. da mihi que-  
 so corpus & sanguinis tui nō solū  
 mihi tue sacratissime passionis hoc venerabile et me-  
 morabile sacramētū. cōtra hostiles nequitas in ex-  
 punabile presidiū ut salutari refectus viatico. huius  
 vite vias lubricas. et diaboli spurcitas imaculato  
 calle transire. et ad te panē angelorū regē regū dñm  
 qz dominātū sine impedimēto diaboli accusatio-  
 nis valeāperuenire. vna cū oībus fratribus meis.  
 alijs qz mihi cōmēditis & benefactoribus. ac oībus tu-  
 is fidelibus. *D*er te dñe iesu xpē qui nos sapiēter crea-  
 sti dū nō essemus. & potēter liberasti. dum perditū es-  
 semus. *Q*ui cū patre & spū sctō vuis & regnas deus.  
*D*er oīa scti scōꝝ amē.

*Oratio ante missā dicēda.*

**M**uelatē tuā totis viribus deus pessime hu-  
 milipce deposco & exoro. ut remittas crimi-  
 na que caro fragilis attentione iniquorū spiritūū  
 nequiter admittit. & nō reuertit ad ea nō sinas ultra.  
 sed cōfirma in iustificationibus tuis et perseueratū  
 mihi tribue in illis. et fac me dignū ante cōspectū  
 muelatē tue altare: & sacrificiū tibi dñe casto cor-

corpore et mūdo corde digne offerre.

*Oratio dicenda. ante missam.*

**D**eus qui nō mortē sed penitētīā desideras peccatorū me miserū fragilēqz peccatorē. atqz pietate nō repellas. neqz aspicias ad peccata & scelera mea: & in mūdis turpēqz cogitationes. quibus flebiliter. atqz dīlīgēz volūtate: sed ad inuēsas mīas tuas et ad finē devotionēqz eoz que per me tuā expesūt. miām. Et quia me indignū p̄ctōrē me diū in ter te et populū fieri voluisti. fac me tale vt possim digne tuā exorare miām p̄ me. p̄ctōre. & pro eodē populo tuo. Adūnge voces nr̄as vocibus angelorū tuorū. vt sicut illi telaudāt incessabiliter & infatigabiliter in eterna beatitudine. ita nos quoqz eoz iteruētū temereamur inculpabiliter laudare in hac peregrinatione iesu xp̄e saluator mūdi. qui uiuis & regnas deus. Per oīa.

*Oratio dicēda cātesacrā comunione.*  
**D**eus qui de indignis dignos. de in mūdis mūdos. de peccatoribus iustos facis & sc̄tos. mūdo cor & corpus meū ab om̄i sorde & cogitatioē peccati. & fac me dignū sacris altaribus tuis ministrū. Et concede vt in hoc altari ad quod indignus accedo. hostias acceptabiles atqz placabiles offerā pietati tue p̄ peccatis & offensionibus meis. & pro om̄ibus fidelibus christianis.

& omnibus circumstantibus. omnibusque mihi familiaritate vel consanguinitate coniunctis. omnibusque quæ mei memoriã in suis continuis orationibus habent. Et per eum sit tibi meum acceptabile votum. qui se tibi obtulit in sacrificium. Iesus christus dominus noster cum quo & ipsum sancto vivis & regnas deus. Per omnia secula seculorum Amen.

**In elevatione corporis christi dic orationes sequentes.**

**A**le verum corpus natum de maria virgine.  
 Ale passum immolatum in cruce pro homine.  
 Quis latus perforatum vero fluxit sanguine.  
 Esto mihi pregestatum mortis in examine.  
 O demens. o pie. o dulcis. filii marie. mei miserere.  
 Et da ut sicut te nunc videre merui in forma patris: ita cum ad iudicandum veneris securus & gaudes te mereat videre in gloria tue maiestatis. Amen.

**Oratio in elevatione vel post vel alio tempore coram imagine crucifixi dicenda quam qui devote dixerit. tot dies indulgentiarum acquirat. quot fuerint vulneta in corpore iesu tempore passionis eius: que fuerint sex milia sexcenta & septuaginta. Quis indulgentias Gregorius papa. iij. contulit ad istam regine agne.**

**P**recor te amatissime domine iesu christe propter illam eximiam charitatem quam humanum genus dilexisti quando tu celestis rex pendebas

in cruce: cum terribili pietate: cum mitissima anima.  
cum tristissimo gestu. cum turbatis sensibus. cum  
expansis manibus. cum prosterpentibus membris.  
cum extensis venis. cum clamoroso ore. cum rauca  
voce. cum pallida facie. cum mortali colore. cum la-  
chrymosis oculis. cum vertigine cerebri. cum ar-  
denti spiritu. cum gemitibus gutture. cum libu-  
dis desiderijs. cum amaro gustu fellis. cum incli-  
nato capite morti obuiante. cum diuisione cor-  
poris & anime. cum transuerberato corpore. cum tra-  
slixo corde. cum sanguineis vulneribus. cum o-  
fluentibus riujs. cum origine viuētis fontis. In  
ea charitate precor te piissime dñe iesu quatinus  
amorosum cor scindebatur. ut sis mihi placabilis  
super multitudinem peccatorum meorum. Ac bonum  
& sanctum finem vite mee. nec non gratiosam letamque  
resurrectionem. mihi propter largissimam misericordiam tri-  
buere digneris. Qui uiuis & regnas cum deo pa-  
tre in unitate spiritus sancti deus. Per.

*Post eleuationem corporis xpi. Dicozatione  
sequente. Et notandum quod quicumque inter eleuationem &  
tercium signum dei deuote dixerit. consequetur indulgentiam.  
xx milium dierum cellam ab Innocentio sexto ad sup-  
plicationem philipi regis francie.*

**D**omine iesu christe qui hanc sacratissimam  
carnem de gloriosa uirgine maria assump-  
sisti: & hunc preciosum sanguinem de sanctissimo

latere tuo in ara crucis p̄ salute nostra effudisti  
 : & in eadem glorioſa carne amotuis reſurre  
 x̄iſti & ad celos aſcendiſti : & iterū venturus  
 es iudicare viuos & mortuos in eadem carne .  
 Libera nos per ſacraſſimū corpus tuū (quod  
 in altari tractatur) ab ōnibus inimūditijs mē  
 tis & corporis . & de vniuerſis malis & pericu  
 lis . p̄teritis p̄ſentibus & futuris . Qui cū de opa  
 tre & ſpū ſc̄to viuis & regnas in ſc̄li ſc̄loꝝ ſāme .

*Oratio dicēda poſt ſc̄tā comunione .*

**O** ſacraſſimū corpus & ſanguis dñi n̄i ie  
 ſu ch̄iſti qui p̄ ſalute generis humani macta  
 batis in cruce . Te ego peccatoꝝ miſerrimus &  
 multis p̄c̄is inuolutus ſupplex imploꝝo . ut per  
 tuū mirabile miſteriū aīam meā & corpus me  
 ū ſalues & protegas ab ōni deceptione & fraude  
 diaboli & hoſtū vniuerſoꝝ . Et per oblationē  
 ſacraſſimā quā ego hodie ſuſcepi ad laudem  
 & gl̄iam nominis tui . & ad memoriā domini  
 ce paſſionis tue . & ad honoꝝe ſacraſſime tue  
 genitricis virginis marie & ōiū ſc̄toꝝ . oīa  
 peccata mea delere digneris . Et nō permit  
 tas me (clemētiffime dñe) diabolo nec vlle  
 creature ad puniēdū vel decipiēdū p̄pter pe  
 ccata mea . Sed tu piſſime dñe qui ōiū

misereris. dignare mei misereri. & me corripe in  
misericordia tua infinita & nō in ira. Da mihi  
pysllime dñe fidem rectā. spem firmā. charitatē  
qz perfectā. patientiā nō fictā. talē penitentiā  
que tibi deo meo placeat. & sancti angeli tui de  
cōuersione mea gaudeant. Te deprecor deus me  
us per illam pacē quā fecisti inter deū & homi  
nē. quādo te hostiā purā & immaculatā obtuli  
sti ad recōciliandū genus humanū deo patri in  
cruce. vt pacem & concordiā inter me & omnes  
fideles christianos facias & cōfirmes. Et per illū  
terrorē quē serpēti in cruce pēdens fecisti diabo  
lo formidabilē. amicis acceptū. inimicis placa  
tū me facias. vt pace tua ac totius ecclesie acp  
senti prosperitate gaudeā & futura. Saluator  
mūdi salua nos. qui per sanguinē & crucē tuā  
redemisti nos. auxiliare nobis te deprecamur  
deus noster. Te deprecor dñe iesu chris te per gu  
ttis sanguinei sudoris tui. per angustias preci  
osissime mortis tue. per merita & intercessionē  
beatissime genitricis tue perpetue virginis  
marie. per preces beati ioānis baptiste & om  
niū scōrū tibi placentiū. vt liberēs me famu  
lū tuū nec nō famulos tuos. P. & P. & ones  
parētes meos. benefactores. ac mihi cōmissos  
ab omni periculo corporis & anime. & nobis  
post hanc vitā in celesti patria tribue perpetuā

mālionē. Et libera etiā dñe animas famulorū  
 & famularū tuarū. N. & N. ac parētū & benefi-  
 ctorū meorū & mihi comissorū de lacu inferi  
 & deluto fecis. & colloca eas in regno pacis  
 & claritatis eterne. Perogo pyllime dñe per  
 sanctissimā corporis & sanguinis tui presen-  
 tiā & libamē. vt liberes me ab ōnibus pecca-  
 tis meis p̄teritis p̄sentibus & futuris. necelli-  
 tatibus & angustijs. & ab insidijs ōnium ini-  
 micorū visibiliū & invisibiliū. Et rogo te pylli-  
 me dñe iesu chrisite. vt in hora tremēda mor-  
 tis me nō deneges mihi sanctissimū corporis  
 & sanguinis tui cōmunionē integrā & perfe-  
 ctā satisfactionē cū presentis vite felici cōsū-  
 matione. Amen.

*Oratio post sc̄tam communionē immediate dice-  
 da Quāquicūq; deuote dixerit. habebit tria milia  
 dierū indulgētiarū mort. aliū peccatorū. & xx.  
 milia venialiu. a Joane papa xxy cōcessarū.*

**A**lma chrisi sanctifica me. Corpus xp̄i  
 salua me. Sanguis xp̄i inebria me. A-  
 qua lateris xp̄i lava me. Passio xp̄i cōforta me.  
 Dōne iesu exaudi me. In vulneribus tuis abs-  
 conde me. Ab hoste maligno defende me. In  
 hora mortis mee voca me. p̄tege me. pone  
 me iuxta te. vt cū angelis sanctis tuis in secu-  
 la sc̄dorū laudē te. Amē.

## **H** Oratio post comunonē.

Et sūt conuiuia q̄ tibi placēt. q̄ nobis or-  
phanis in memoriā tue dilectionis reliquisti.  
Op̄tis sapiētia natus de uirgine. q̄ nō dignat̄  
es venerabile corpus tuū tangi & sumi a me in-  
digno p̄ctore. Quid tibi digne redcā pōnibus  
q̄ retribuīs mihi? Si em̄ totius mūdi merita  
in vnū essent congelata. nō valerēt tue digna-  
tioni aliquatenus comparari. Str̄as ergo ago ti-  
bi dn̄e iesu xp̄e fili dei uiui. rex regū. & dn̄s dn̄an-  
tiū. Str̄arū actiones p̄p̄olle fragilitatis mee tue  
tremēde maiestati & in mēse pietati pyllime ie-  
su refero. q̄ sacro corpore tuo & sanguine ani-  
mā meā nimis aridā dulciter refecisti. Rogo  
te ut q̄cqd̄ in me vitiosū tue volūtati inuenitur.  
cōione hui⁹ sacramēti funditus euacuetur. &  
cor meū dignū sc̄ti sp̄s habitacū preparetur.  
Et dulcissime iesu sit hoc sac̄m̄ corporis & san-  
guinis tui. sanitas & dulcedo aīe mee. salus & sā-  
ctitas in om̄i tentatione. pax & gaudiū in om̄i tri-  
bulatione lumē & uirtus in om̄i uerbo & opere.  
solamē & tutela finalis in morte. Amen.

**ORATIONES DE VOTISSI-  
ME. XB. DINE BRIGITÆ. DE PASSIONE DOMINI  
Et uetustissima exemplaria diligenter co-  
rectæ.**

**O** Dñe iesu xp̄e. xterna dulcedo te amātū  
 iubilus òne excedēs gaudiū. òneq; de  
 sideriū. firma spes desperatorū. vera salus mi  
 seroꝝ pius & misericors amator òniū penitē  
 tentiū peccatoꝝ. qui delicias tuas attestatus es.  
 esse cū filijs hominū. propter hoīem homo factus  
 es in fine temporū. Admēto pie iesu ònis præ  
 meditationis & intimi mētoris. quē ab initio  
 conceptionis tue inhumana natura & corde  
 sustinuit & habuit maxime instante salube  
 rime passionis tue tempore in diuino corde  
 ab æterno deliberato & præordinato. Admē  
 to pie iesu. oīs tristitiæ & amaritudinis quas  
 in anima tua tempore attestate habuisti quādo  
 dixisti. tristis est anima mea usq; a mortē. Et  
 qm̄ in ultima cœna discipulis tuis corpus & san  
 guine tuū tradidisti. pedes eorū humiliter lauasti.  
 & dulciter eos consolādo imminētem passi  
 onē tuā prædixisti. Admēto pie iesu oīs tri  
 moris angustie & doloris quæ in corpore tuo de  
 licato ante passionē crucis tue pertulisti pro  
 me quādo in morte oliueti post trinā orationē  
 & sanguineū sudorē ad discipulo pp̄io tradebaris  
 ab electa tua gente capiebaris. a illis quoq;  
 testibus accuſabaris in electa ciuitate tua hie  
 rusalē in pascali tempore. in flouda corporis tui  
 iuētute innocēter damnabaris traheris ca

prebaris. verberabaris. trucebaris. conspuebaris  
velibus proprijs exuebaris. velibus qz alienis in-  
duebaris. oculis & facie velabar. colaphiza-  
baris. a lapis exuebaris. nudus ad colūnam li-  
gabaris. durissime flagelabaris. spinis corona-  
baris. arūdone in capite premebaris. ac ferieba-  
ris & innumerabilibus alijs calūnijs laceraba-  
ris ac fatigabaris. O dulcissime dñe iesu xp̄e da  
mibi queso memoriā harū penarū & passionū qu-  
as ante crucis tuæ passionē sustinuiti. uerā āte  
mortē meā cordis cōtritionē fontē iugē lachri-  
marū. purā oris cōfessionē condignā satisfati-  
onē & omnium peccatorū meorū plenaria remissio-  
nē. Amē. Ave benignissime dñe iesu xp̄e. misere-  
re mihi peccatori. Amē. **P̄ t̄ n̄r. Ave maria.**

**O** **Oratio quarta.**

Dñe iesu xp̄e vera libertas angelorū &  
paradisus deliciarū. Admēto pie dñe iesu ter-  
rorū & horrorū quos sustinebas quāto oñes in-  
mici tui quali leones ferocissimi & fortissimi  
horribilibus & iracūdijs oculis suis te circū-  
steterūt. & criniū depilationibus colaphizatio-  
nibus. cōspuitombus iugulationibus exterilqz  
asperrimis crudelissimis & in auditis supplici-  
is & horribilibus plagis te molestauerūt. Oia  
dulcissime dñe iesu xp̄e quibus & quātis inui-  
ris violētis blasphemis & afflictionibus te affece-

rūt. per omnia cōtumeliōsa & dura verba duriora verbera durissimaq; tormēta quibus omnes inimici tui te afflixerūt. deprecor te pie iesu ut liberēs me ab om̄ibus inimicis meis vili-  
bilibus & inuilibilibus & dones mihi sub umbra alarū tuarū protectionē salutis æternæ inuenire. Amē. Ave pretiosissime dñe iesu xp̄e miserere mihi peccatori. Amē. **P**r̄ n̄r. **A**ue maria.

**Oratio tertia.**

**O**dñe iesu xp̄e mūdi fabricator & creator ac humani generis reparātor quē nulla dimēsiō vero terminō metitur q̄ cōlū & terrā palmo cōcludis recordare amarissimi doloris quē sustinebas dū per hōillimū iudxi sacratissimas manus & delicatissimos pedes tuos ad crucē obtulis clavis affixerūt. & cū nō esses conueniēs volūtati eorū in longitudine & latitudine corporis tui ad foramina per ipsos in cruce perforata dolorē super dolorē sacratissimis vulneribus tuis addiderūt. & ita crudeliter te funibus distraherūt & extēderūt in longū & latū crucis tuę ut dissoluerētur oēs cōpages mēbrorū tuorū. deprecor te dulcissime dñe iesu xp̄e per huius sacratissimi & amarissimi in cruce doloris memorā vt des mihi timorē & amorē tuū cū pximi mei dilectione. Amē. Ave piissime dñe iesu xp̄e miserere mihi p̄ctori. Amen. **P**r̄ n̄r. **A**ue maria.

**O** Dñe iesu xp̄e rex eterne coelestis medice  
humanī generis. recordare languoris tu  
mons luoris & doloris tui quos in alto cru  
cis patibulo leuatus passus es in om̄ibus dila  
ceratus mēbris tuis quorū nullū in suo recto  
estatu permāserat ita ut nullus dolor tuo dolo  
ri similis inueniretur quia a plāta pedis usq; ad  
uerticē capitis tui nō fuit in te sanitas. nec ali  
qua pars corporis tui illa x̄sa. Et nūc om̄iū dolo  
rū tuorū in memor. patrē pro inimicis tuis pi  
e exorasti dicens. pater ignosce illis quia nesci  
ūt quid faciūt. per hanc mirā benignitatē cha  
ritatē & misericordiā & ob memoriā illius do  
loris cōcede mihi mitissime dñe iesu xp̄e ut hęc  
memoria amarissime passionis tue sit om̄ium  
p̄ctorū meorū plena remissio & om̄iū malorū me  
orū totalis effugatio sitq; cōtra oēs diaboli  
cas infestationes & tentatioēs corporis & a  
nime mee firmissima tuitio & defensio. Amē  
Aue misericordissime iesu xp̄e miserere mihi pe  
ccatori. Amen. **P** ē n̄r. **A** ue maria

**Oratio quinta.**

**O** Dñe iesu xp̄e speculū charitatis eterne  
sapiētia sūmī patris memēto illius m̄toris  
tui quē in corde tuo habuisti quādo in speculo  
serenissime maestatis tue cōspexisti p̄cedeli  
nationē electorū tuorū per m̄rita passionis

tur saluadorū & reprobationē malorū per in-  
 gratitudinē dānandorū. Et per abyssū miseratio-  
 nis tue qua nobis miseris perditis & despera-  
 tis peccatoribus tunc condoluisti & lachrymat<sup>9</sup>  
 fuisti. & precipue per misericordiā quā latram in  
 cruce exhibuisti dicens. Hodie mecū es in paradī-  
 so. rogo te dñe iesu xp̄e deus meus ut facias mecū  
 largituā misericordiā tuā nūc & in hora mortis  
 meæ. Amē. *Aue dulcissime & c. P̄ n̄r. Aue maria.*

**Oratio sexta.**

**O** Dñe iesu xp̄e rex amabilis. & amice totus  
 desiderabilis & delectabilis. memēto illius mœ-  
 roris quē habuisti qñ ab om̄ibus amicis & no-  
 tis tuis derelictus nudus & miserabilis in cru-  
 ce pep̄oisti. & oēs amici tui ac noti ad uersum  
 te steterūt nullūq̄ cōsolātem inueniebas: ni-  
 si solum dilectissimā genitricē tuā uirginē mariā  
 in agone tibi fidelissime asstantē in amaritudi-  
 ne animæ suæ quā discipulo tuo ioani cōmēda-  
 sti & ipsum discipulū p̄ te ei dedisti filiū dicens  
 mulier ecce filius tuus. & ad discipulū ecce ma-  
 ter tua. Rogo te piissime dñe iesu xp̄e per glori-  
 ū doloris quē animā eius & cor pertrāsiuit. &  
 per cōpassionis tuæ affectū in quo materno do-  
 lori cōdoluisti ut cōpararis & subuenias mihi in  
 om̄ibus tribulationibus aduersitatibus sollicitu-  
 dinibus necessitatibus angustijs & afflictionib<sup>9</sup>

meis corporalibus & spiritualibus & damihī cō-  
solationē in oītenpore tribulationis mee. Amē  
Aue desideratissime dñe iesu xpē miserere mihi  
peccatori. Amē. *Pr̄ n̄r̄ Aue maria.*

*Oratio septima.*

**O** Dñe iesu xpē corona iocūditatis thesau-  
rus felicitatis origo cōsolationis & fons inex-  
hauste pietatis qui ex intimo dilectionis affe-  
ctu in cruce pendēs dixisti scitio .i. salutē huma-  
ni generis. Ascende quaximus dñe & traheno-  
strū desiderū ad oē opus perfectū & litim car-  
nalis cōcupiscētix restūq; mūdane dilectionis  
in nobis penitus refrigera & extingue. Amē  
Aue delicatissime & c. *Pr̄ n̄r̄ Aue maria.*

*Oratio viij.*

**O** Dñe iesu xpē vera lux credentiū .xterna  
dulcedo cordiū ingēs q; cōsolatio & suauitas mētū  
per amaritudinē aceti & fellis quā p nobis susti-  
nuisti & degustasti in cruce in hora mortis tue  
cōcede nobis miseris peccatoribus corpus & sā-  
guinē tuū oītenpore & pr̄cipue in hora mor-  
tis nostrę digne p̄cipere in remediū cōsolationē  
& salutē animarū nostrarū pariter & corporū qua-  
tenus hoc dignissimū & alia salutiferā sacramē-  
ta digne a nobis p̄cepta liberēt & pr̄seruēt nos  
ab oī malo & faciāt nos cū plena securitate & iocū-  
ditate feliciter apparere in cōspectu diuinæ

maiestatis tuae. Amē. Ave māsiuctissime dñe iesu xp̄e  
miserere mihi peccatori. Amē. **P̄ r̄ n̄r̄ Ave maria.**

**Oratio nona.**

**O** Dñe iesu xp̄e virtus regalis iubilus qz mē  
talis memēto āgustia & doloris qux passus es  
in cruce p̄ nobis qñ per mortis amaritudinē &  
iudeorū nimia derisionē blasphemationē & insultationē  
cū magna voce & lacrimantibus oculis  
te a deo patre tanqz derelictū clamasti dicēs He-  
li. heli. lamazabathani. Quod est. Deus meus.  
deus meus. vt quid dereliquisti me? Der hāc an-  
gustia & dolorē peto te humiliter suauissime dñe  
iesu. vt nūc & in oī angustia maxime in hora  
mortis meā nō derelinquas me dñe deus meus.  
Amē. Ave patētissime & c. **P̄ r̄ n̄r̄ Ave maria.**

**Oratio decima.**

**O** Dñe iesu xp̄e alpha & ω. p̄icipiū & finis u-  
nio & virtus in oī medio. recordare q̄ alūmo  
capitis usqz ad plantā pedis in aquis passionū  
te dimerxisti. Rogo te benignissime dñe p̄  
pter latitudinē longitudinē magnitudinē & mul-  
titudinē vulnerū tuorū aufer a me amorē secu-  
li & doce me per verā & perfectā charitatē iugi-  
ter custodire latū mādatū tuū nimis. Amē. Ave  
sapientissime dñe iesu xp̄e misere mihi p̄ctor. Amē.  
**P̄ r̄ n̄r̄ Ave maria.**

**Oratio vndecima.**

**O** Dñe iesu xp̄e sūmabonitas atēna beatitudo  
sanctorū tuorū abissus profūdiissime miseri  
cordia. Rogo te p̄pter profūditatē vulnerū tuo  
rū quæ pertūlierūt carnē tuā. medullā ossiū  
tuorū & intima viscerū tuorū. vt me sūmer lum  
in peccatis inmergas & abscondas in foraminib⁹  
vulnerū tuorū a facie iræ tuæ. donec pertūleat  
furoz tuus dñe. Amē. Aue potētissime dñe iesu  
xp̄e miserē mihi p̄ctori. Amē. **P̄ n̄r Aue maria.**

**Oratio duodecima.**

**O** Iesu veritas speculū signū vnitatis charitatis  
vinculū. memēto multitudinis innumerabilium  
vulnerū tuorū quibus a sūmo capitis vsqz ad vniū  
pedis vulneratus fuisti & sanctissimo sanguine  
tuo rubricatus. quā magnitudinē doloris in vir  
ginea carne tua pertulisti pro nobis pie iesu xp̄e.  
Quid vltra debuisti facere quod nō fecisti? Scri  
be quæsto misericordissime dñe iesu oīa vulne  
ra tua in corde meo preciosissimo sanguine tuo.  
vt in illis legam dolorē tuū & mortē & ingrati  
arū actione vsqz infīnē iugiter per seuerē. Amē  
Aue splēndidissime dñe iesu xp̄e miserē mihi p̄ctori.  
Amē. **P̄ n̄r Aue maria.**

**Oratio tertia decima.**

**O** Dñe iesu xp̄e leo fortissime rex in mortalis  
& invictissime. memēto angustia & doloris quæ  
passus es cū oēs vires cordis & corporis tui ti

bi penitus defecerūt. & inclinato capite (cōsūma-  
tū est) dixisti. Der hanc angustia & dolore mi-  
serere mei & succurre mihi nūc & in vltima con-  
sūmatione exitus vite mēe cū aīa mea auxi-  
ta fuerit & spūs meus conturbatus. Amē. Ave  
nobilissime dñe iesu xpē miserere mihi p̄ctori. Amē

**P̄ n̄r. Ave maria.**

**Oratio decima quarta.**

**O** dñe iesu xpē vnigenite altissimi patris.  
splendor glorie & figura sustātia eius. memē-  
to obnix cōmēdationis qua patri spiritū tuū  
cōmēdasti dicens. In manus tuas cōmēdo spi-  
ritū meū. Et lacerato corpore rupto corde cū va-  
lido clamore patefactis visceribus misericordie  
tuę pro nobis redunēdis spirasti. Der hanc pre-  
tiosissimā mortē tuā & virtutē sc̄te crucis tuę de-  
precor te rex sanctorū cōforta me ad ressendū di-  
abolo. mūdo. carni & sanguini. vt mūdo mor-  
tuis tibi viuā. & in nouissima hora exitus pro-  
suscipe ad te reuertētem spiritū meū exule &  
peregrinū. Amē. Ave virtuosissime dñe iesu xpē  
miserere mihi p̄ctori. Amē. **P̄ n̄r. Ave maria.**

**Oratio decima quinta.**

**O** dñe iesu xpē vitis vera & secūda. memēto  
super effluētis & abundātis effusionis sangui-  
nis tui quē de corpore tuo sicut de botro expre-  
sso copiose effudisti q̄n in cruce torcular solus

calceasti. & lancea militari latere per fessio nobis sa-  
